

prætoris pro oblatione, Ecclesiam sancti Hilarii de Fajia, & domum juxta Ecclesiam cum tota villa de Fajia, & omnibus pertinentiis suis, Ecclesiam beati Benedicti cum molendino & appenditiis ex dono bonæ memoriæ Prioris Simonis, Mangor usufructum ad ignem pro domo vestra in nemore de Calca Rubea, tres solidos annuos in domo Berthepose, in Pentecoste tres solidos annuos de terra vestra de Berte Porre, in Coena Domini census, quos habetis in præfato castro Thoartii intus & extra, decimas terrarum & vinearum, atque annuatim præfati castri tam intus quam extra, rationabiliter vobis concessas, decimas annonæ & vini, quas dividitis cum Canonicis sancti Hilarii Pictaviensis, decimas vini & annonæ, quas habetis cum Willelmo de Foresta, decimas, quas habetis cum Ecclesia sancti Hilarii de Vigne, quartam partem decimarum de vestra terra Dorbe cum appenditiis suis, villam de Tourtenatii cum appenditiis suis, domum Assai cum appenditiis suis, villam Ruan cum appenditiis suis, villam Cintrejo & domum cum omnibus appenditiis suis, molendinum de Duppe, molendinum in ponte sancti Jacobi, nonam partem molendini de Urouvarii, medietatem molendini de Colius, molendinum de Cintrejo, Ecclesiam sancti Clementis juxta Niortum, & domum cum omnibus appenditiis suis: In Episcopatu Cantonenfi Ecclesiam sanctæ Mariæ in Bosco cum omnibus pertinentiis suis, Ecclesiam sanctæ Mariæ de Craspe cum omnibus pertinentiis suis, census sex denariorum de claustris sancti Leonis de Thoartio. In parochialibus verò Ecclesiis, quas tenetis, liceat vobis cappellanos eligere, & Episcopo representare, quibus, si idonei fuerint, Episcopus curam sanimarum committat, ita quod illi de spiritualibus, vobis autem de temporalibus debeant respondere. Præterea cum generale interdictionis terra fuerit, liceat vobis clausis januis, non pulsatis tintinnabulis, exclusis interdictis & excommunicatis, suppressa voce divina officia celebrare. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum devotioni, & extremæ voluntati, qui se illic sepeliri delibaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti fuerint, nullus obstet: salva justitiâ illarum Ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Obeunte verò te, Monasterii eodem loco Abbatis, vel tuarum qualibet succedentium, nulla tibi qualibet subreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quam Sorores communi consensu, vel Sororum pars consilii sanioris, secundum Deum, & B. Benedicti regulam providerint eligendam. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, præfatum Monasterium temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare: sed omnia integra & illibata serventur, earum, pro quarum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, nibus omnimodis profutura: salva Sedis Apostolicæ auctoritate, & Diocesani Episcopi canonica justitiâ. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona, hæc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire temptaverit, secundò tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cogno-

gnoscat, & a sacratissimo Corpore Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtè ultioni subjaceat; Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi perpetua, & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Datum Romæ anno Incarnationis Dominicæ MCLXIX. Pontif. verò Domini nostri Alexand. III. Papæ X.

Dat. anno 1169. Pont. anno X.

XXXVI.

Destinatio Legatorum in Angliam ad cognoscendum de causis inter Regem & Thomam Archiepiscopum Cantuariensem.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, illustribus Anglorum Regi Henrico, salutem & Apostolicam benedictionem.

Ex VII. Concil. Britannie, & Hiberniæ vol. I. pag. 146.

Magnificentiæ tuæ Nuntios, scilicet dilectos filios nostros Joannes Cumin, & Radulphum de Vameorde, nobis & Ecclesiæ Dei devotos, & Regiæ sublimitati, sicut credimus, per omnia fidelissimos, & literas, quas excellentia tua nobis per eosdem transmisit, tanto benigniori mente suscepimus, & tanto eos majori gratia prævenimus & honore, quanto plenius scivimus, ipsos a magnifico Principe & Rege Christianissimo fuisse transmisos; cui itaque omnem, quam cum Deo possumus, gloriam cupimus, & honorem, & ad cujus incrementum modis omnibus, quibus honeste poterimus, nos & fratres nostri, ac tota Ecclesia, quanto devotissimæ sinceritatis tuæ affectum in majori simus necessitate experti, tanto ardentius intendimus aspirare. Non enim devotionis tuæ insignia, nobis tempore tam opportuno exhibita, a nostra imposterum memoria nulla poterit ratione divelli, vel in conspectu Ecclesiæ aliqua defunctudine innumbrari. Petitiones quoque tuas, quas nobis per jam dictos Nuntios tuos misisti, in quibus omni, quam cum Deo, & honestate nostra potuimus, sicut iidem magnificentie tuæ Nuntii viva voce plenius enarrabunt, curavimus executioni mandare. Personas siquidem de latere nostro, juxta quod rogasti, licet gravissimum, ac difficillimum hoc tempore maxime videatur aliquos a nobis emittere, cum fratrum nostrorum, & eorum præsertim, quos tu desideras, præsentia & consilio opus habeamus; illius tamen recolendæ ac magnificæ devotionis tuæ, ut diximus, non immemores existentes, ad sublimitatis tuæ præsentiam duximus destinandas cum plenitudine potestatis, Ecclesiasticas causas, quæ inter te & venerabilem fratrem nostrum Archiepiscopum Cantuariensem hinc inde vertuntur, & illam, quæ inter eundem Archiepiscopum & Episcopos Regni tui super appellatione ad nos facta movetur, necnon alias causas terræ, quas noverint expedire, cognoscendi, judicandique, & prout sibi Dominus administraverit, canonicè terminandi. Eidem quoque Archiepiscopo, ne te aut tuos, seu Regnum, gubernationi tuæ commissum, donec causæ illæ debi-

Regis Angliæ Nuntios, & literas recepisse narret.

Nuncios a Rege petitos cum potestate cognoscendi, & iudicandi causam inter dictum Regem & Archiepiscopum Cantuariensem misit.

Eisdem Archiepiscopo prohibet, ut pendente lite Regnum, nec Regem inquietet.

Monialibus presentandi Episcopo Cappellanos pro parochiis Monialium subiectis concedit.

In generali Terræ interdictione divina officia celebrare private indulget. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum devotioni, & extremæ voluntati, qui se illic sepeliri delibaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti fuerint, nullus obstet: salva justitiâ illarum Ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur.

Abbatissam a Monialibus eligendam declarat.

Decretum, immunitatis a qualibet externa molesta, vi &c.

debitum fortiantur effectum, in aliquo gravare, vel turbare, aut inquietate attentet, omnimodis inhibemus. Verum, si præfatus Archiepiscopus in te aut Regnum tuum, vel personas Regni interim aliquam sententiam tulerit, nos eam irritam esse, & non te tenere censemus. Ad indictionem autem hujus rei, & argumentum nostræ voluntatis, literas præfatas, si articulus ingruerit necessitatis, ostendas. Alioquin, Serenitatem tuam rogamus, & attentius commonemus, ut literas ipsas, aut earum tenorem a nullo sciri permittas, sed eas habeas omnino secretas. Illos autem familiares, & consiliarios tuos, quos jam dictus Archiepiscopus sententiæ excommunicationis subiecit personæ de latere nostro transmisisse Domino auctore absolverent. Si autem aliquis illorum interim metu mortis laboraverit, præfatus secundum Ecclesiæ consuetudinem juramento, quod nostro, si convulerit, debeat parere mandato, ipsum ab aliquo Episcopo, vel religioso & discreto viro absolvi concedimus.

Va militare Regis ab Archiepiscopo excommunicato, absolventi potestatem tribuit.

Anno 1169 Pont. ann. X.

XXXVII.

Ad omnes Principes, & Christianos de subsidio ferendo in recuperationem Terræ sanctæ.

Ex Concil. To. XIII. col. 113.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis nobilibus viris, Ducibus, & Principibus, Comitibus, Baronibus, & universis Dei fidelibus, ad quos literæ istæ pervenerint, salutem, & apostolicam benedictionem.

Status miserabilis Hierosolymitanorum partium.

Baldini Regis Hierosolymitanici cruciatus.

Terra prædicta a Paganis devastata.

COR nostrum, & omnium fratrum nostrorum finitimi rumores, qui de Hierosolymitanis partibus ad nos communi transeuntium relatione pervenerunt, nimio dolore conturbant; cum vix unquam aliquis, qui Christiano nomine censetur, sine lacrymis & suspiriis audire valeat, quæ de statu illius Terræ miserabiliter recitantur. Est siquidem infidelium, quod dolentes dicimus, incursione contristata; & usque adeo fortium virorum potentia, & proborum virorum consilio viduata, quod nisi a Christianis Regibus & Principibus orbis celerem, & potentem succursum habuerit, desolationem ejus, quod absit, in ignominiam Dei, & in contemptum fidei Christianæ de proximo formidamus. Non est enim Rex, qui terram illam regere possit, cum ille videlicet Balduinus, qui Regni gubernacula possidet, ita sit graviter, sicut nosse vos credimus, justo Dei judicio flagellatus, ut vix ad tolerandos sufficiat continuos suis corporis cruciatus. Quam gravem siquidem jacturam, & quam miserabilem casum in personis & rebus illa Terra, pro qua patres genitores nostri sanguinem proprium effuderunt in conflictu quem olim cum gentibus habuit peccatis exigentibus sit perpessa, nec nos sine multa cordis commotione recolimus, nec aliqui, zelantes legem Domini, possunt tantam fragorem delium patienti animo tolerare: præsertim cum illa gens pessima paganorum incommodis & periculis, quæ genti Christianorum intulerunt, tantam audaciam sumpsisse dicantur, ut se factè imprudenter, terram illam, quod avertat Dominus, invasuros. Moveat itaque vos zelus Domini, nec

religio Christiana super tanta, quæ illi Terræ imminet, contritione dormitet; sed universa loca illa, quæ Salvator & Redemptor noster corporali præsentia dedicavit, viriliter tueamini; & contemnite gentes, quæ abiciunt Dominum, & Christianum nomen de terris abolere nituntur. Non est utique Christianus, qui præscripta Terræ calamitatibus non moveatur, nec accingitur ad ipsam ab infidelium incurisibus defendendam, quam occupare laborant, & suis, quod absit, spurcitiis profanare. Hi autem, qui ex vobis fortes sunt, & bellis exercendis idonei, non minus scuto fidei, & lorica justitiæ, quam materialibus armis induti, tam pium quam necessarium opus, ac laborem hujus peregrinationis assument; & loca illa, in quibus Redemptor humani generis pro nobis nasci voluit, & mortem subit temporalem potenti virtute defendant, ne temporibus nostris sustineat in illis partibus Christianitas detrimentum. Cum enim Christus pro salute nostra opprobria multa, & demum Crucis patibulum sustinuerit, ut nos offerret Deo, mortificatos quidem carne, \* justificatos autem spiritu, expedit admodum salutem fidelium, ut pro ipso corpora nostra periculis & laboribus exponamus, ne pretium sanguinis, quæ pro nobis effudit, videamur oblitri. Animadvertite igitur, dilecti in Christo filii, & videte, quam probrosum, & quam moerore dignum existeret Christianis, si adversus habitatores terræ illius inimici Crucis Christi denno prævalerent: sicut eos prævalituros non modicum formidamus, nisi de diversis partibus Christianorum auxilium habitatoribus ipsis cum festinatione succurratur. Ne igitur Christianitas gentilitati succumbat, totis viribus prævidete: quia melius est superventuro malo ante tempus occurrere, quam remedium post causam querere vulneratam; Illis autem, qui pro Christo hujus via laborem assumpserint, illam indulgentiam peccatorum, quam patres & prædecessores nostri, Urbanus, & Eugenius, Romani Pontifices, statuerunt, apostolica auctoritate concedimus, & confirmamus. Uxores quoque, & filios eorum, & bona, & possessiones suas, sub beati Petri & nostræ, necnon Archiepiscoporum, & aliorum Prælatorum Ecclesiæ, decernimus protectione manere; prohibentes attentius, ne adversus eos de his, quæ pacificè possident, aliqua post susceptam Crucem questio moveatur, donec redeant, vel de ipsorum obitu certissime cognoscatur. Luceat autem eis, terras seu possessiones alias, postquam propinquaverint Domini sui, ad quorum feudum pertinent pecuniam ipsis mutuare aut noluerint, aut non potuerint, Ecclesiis vel ecclesiasticis viris, aut aliis fidelibus liberè & sine ulla reclamazione pro expensis hujus itineris titulo pignoris obligare. Præterea quicumque de viris bellicosis, & ad illius Terræ defensionem idoneis, illa sancta loca fervore devotionis adierint, & ibi duobus annis contra Saracenos pro Christiani nominis defensione pugnaverint de Jesu Christi pietate, & de beatorum Petri & Pauli Apostolorum auctoritate consiliu, eis omnium suorum, de quibus corde contrito & humiliato confessionem susceperint, absolutionem facimus delictorum; nisi forte aliena bona rapuerint, vel nefarias extorserint, aut commiserint furta, quæ omnia debent in integrum emendari. Si vero non est in facultatibus delinquentium, unde

Hortatur Reges Principes & omnes alios ad subsidium Terræ sanctæ.

\* vivificatos

Indulgentias prædecessoribus pro eadem deinde concessas confirmat.

Filios, Uxores, & possessiones illorum sub Apostolicæ protectionis suscipit.



Valeant emendari, nihilominus consequentur veniam, prout diximus, de commissis. Hi autem, qui illic per annum, sicut diximus, moram habuerint, de medietate sibi injuncte poenitentiae indulgentiam & remissionem suorum obtineant peccatorum: omnibus autem Sepulchrum Domini pro instanti necessitate visitare volentibus, sive in itinere moriantur, sive ad istum locum perveniant, laborem itineris ad poenitentiam, & obedientiam, & remissionem omnium peccatorum, injungimus, ut de vite presentis ergastulo ad illam beatitudinem, Domino largiente, perveniant, quam nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quam repromisit Dominus diligentibus.

Datum Tusculani XVII. Kalendas Februarii.

Dat. die Januarii anno Domini 1170. Pont. an. XI.

XXXVIII.

Sequitur in idem argumentum ad omnes Ecclesiarum Praelatos.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, venerabilibus fratribus, Archiepiscopis, & Episcopis, & dilectis filiis, Abbatibus, & aliis Ecclesiarum Praelatis, ad quos literae istae pervenerint, salutem & apostolicam benedictionem.

Ex Tom. XIII. Conc. col. 119.

CUM Orientalis terra per impressiones infidelium, & incursum fortium viro- rum, consilio destituta, multo timore percute- tur, & ad implorandam subventionem fidelium dilectos filios nostros, milites Templi, latores praesentium, viros utique religiosos, & Deum timentes, Archiepiscopi, Episcopi, & alii Prin- cipes terrae, ad partes vestras mittere decreverunt. Nos autem, quos illius terrae calamitas gra- vi dolore conturbat, exemplo patrum & pre- decessorum nostrorum de ipsius conservatione solliciti, Christianos Reges & Principes orbis ad defensionem locorum illorum, in quibus ste- terunt pedes Domini, salubribus monitis exhor- tamur, & sicut patres & predecessores nostri, Urbanus, & Eugenius, Pontifices Romani, statur- runt, ita & nos remissionem & indulgentiam peccatorum statuimus universis, qui pro Chri- sto laborem Hierosolymitanum assumpserint, & contra Saracenos fidei curaverint devotione cer- tare. Monemus itaque universitatem vestram, attentius, & mandamus, quatenus fratres, qui ad hoc missi sunt, benigno recipiatis affectu, & per eos Orientalis terrae statu & necessitate comperta, Principes, Comites, & alios fideles Christi parochianos vestros crebris & solici- tis exhortationibus laboreis inducere, ut ter- ram illam, pro cuius liberatione patres & ge- nitores eorum sanguinem proprium effuderunt, adeant festinanter, & contra inimicos Crucis Christi potentia & virtute decerent. Literas autem, quas propter hoc generaliter mittimus, universis faciatis Ecclesiis publice legi, & expo- natis eorum tenorem: & remissionem peccatorum, quam facimus illis, qui tam pium & necessa- rium opus assumpserint, nunciatis: & ita om- nes ad exequendum, quod suggerimus, moneatis,

quod per sollicitudinem & exhortationem vestram Terra illa festinanter fidelium sentiat auxilium & juvamen: & vos propter hoc ab omnipotenti Deo mercedem possitis consequi sempiternam. Datum Tusculani VI. Januarii.

Dat. die annoque eodem. \* adde Kalendas.

XXXIX.

Monasterii Admontensi bona omnia confirmans, nonnulla privilegia ad Monachorum quietem, indemnitate, & decorem elargitur.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis, Lintholdo Abbati Monasterii sancti Blasii, quod Admontis dicitur, ejusque fratribus, tam praesentibus quam futuris regula- rem vitam professis, in perpetuum.

Ex Cod. Diplom. Admont. editis Pectus The- saur. Anekd. To. III. Par. III. num. 17.

Exordium.

Officii nostris admonet & invitat au- thoritas, pro Ecclesiarum statu satage- re, & earum quieti ac tranquillitati salubri- ter, auxiliante Domino, providere. Dignum nam- que & honestati conveniens esse dignoscitur, ut qui ad earum regimen, Domino disponente, as- sumpti sumus, eas & a pravorum hominum ne- quiis tueamur, & B. Petri atque Apostolicę Sedis patrocinio muniamus. Eapropter, dilecti in Do- mino filii, vestris justis postulationibus clemen- ter annuimus, & praefatum Monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, predecessorum nostrorum bonae memoriae Paschalis, Innocentii, Lucii, Romanorum Pontificum, vestigiis inha- rentes, sub beati Petri & nostra protectione sus- cipimus, & praesentis scripti privilegio communi- mus: Statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona idem Monasterium impraesentiarum iuste & canonicę possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis mo- dis, prestante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata perman- eant; In quibus haec propriis duximus expri- menda vocabulis: Ex dono bonae memoriae Ge- behardi Salisurgensis Archiepiscopi fundatoris ejusdem Coenobii, in valle Admontensi fundum Ecclesiae sancti Blasii, & quaecumque Hemma Comitissa ibi habuit, Patellam Salis in Vicinia Mo- nasterii apud Halle, & maximam partem adia- centis memoris: Ex dono Tiemonis Archiepisco- pi successoris ejus, curtem ex altera parte alvei, qui dicitur Admont. & Ecclesiam sancti Aman- di Episcopi, & reliquum memoris, Parochiam & Praeconium ultra flumen Anesis cum Ecclesia san- cti Amandi, Patellam apud Halle cum augia, quae adjacet praedicto flumini: Ex dono Cunradi senioris Archiepiscopi Salisburgensis, patellas & salinas apud Halle, & forestum omne ad Wen- ge pertinens cum novalibus & decimis: Curtes Rudindorf, Arnieck, Bute, Chrumpowe, & quae dederunt praedicti Episcopi in variis usibus Alpium & montium, ubi sal coquitur, & fer- rum foditur, cum agris, pratis, silvis, aquis, aquarumque decursibus a rivulo Zedelze usque Frodnize, & a Luzache usque Staipe: Ex dono Eberhardi Archiepiscopi Salisburgensis, Eccle- siam sancti Galli in Silva-nova cum decimis, &

Monasterium Praedecessorū more suo pro- tectione Sedis Apost. recipi- entis.

Bona omnia ad illud per- tinentia firma, & illibata eidem ser- vari mandat.

Gebehardus Salisburgensis Archiep. ejus fundator; cu- terique suc- cessores Ar- chiep. bonis illud dota- runt, quae ei- confirmantur.

novalibus, & omni jure suo, & salinis illidem: Ex dono Cunradi Primi, Ecclesiam sanctae Mariae Magdalena, & domum hospitem Friesach cum decimis, praediis, & omnibus justitiis suis: Ex dono quorundam nobilium, Rainerii videlicet, & Petri, & aliorum consanguineorum Lintholdi Abbatis Admontensis, Alodia Tovernick, & Chir- chaim cum omnibus pertinentiis suis, medietate Ecclesiae sancti Jacobi cum praedio Cholmen- zi: Ex dono Gebhardi Archiepiscopi, decimas apud Tivene, Flatfah, Ehrappfeld, Mielendorf cum omnibus pertinentiis eorum: Ex dono Chunn- radi Secundi Archiepiscopi, curtem decimalem ad Wertse cum praedio Rapotendorf, Gutten- prunnen, & aliis possessionibus Mathildis matro- nae, Ecclesiam S. Michaelis cum praedio Zezen, Ecclesiam sancti Joannis cum praedio Zozen cum decimis & omni jure suo: Ex dono Marchionis Olaker, alpem Scoberen ad idem praedium perti- nentem, & quiddam apud Grazlup & Pals habetis: Ex dono Gebhardi Archiepiscopi, decimas Chate- se-Welze, Lungowe cum appendiciis suis: Ex dono ejusdem Archiepiscopi, Ecclesiam de Tinsenf- bach, & Aichdorf, Preitenfurt cum omnibus per- tinentiis eorum: apud Wenge Ecclesiam sanctae Agathae cum omnibus pertinentiis suis: Eccle- siam sancti Andreae, & curtem Trieben cum om- nibus pertinentiis suis: Ecclesiam Dietmarsdorf, & curtem cum adjacentibus praediis, videlicet Griez duas, Perndorf, Strechowe, Puchel cum omnibus pertinentiis suis: Ex dono Alberti Archiep. Salis- burg. Parochiam Partem cum omni jure suo: Ex dono Chunnradi Primi Archiep. Ecclesiam S. Mariae cum praedio, quod vocatur Jeringen inferius: Ex do- no Gebhardi Archiepiscopi Jeringen superius: Ex do- no omnibus appendiciis eorum: praedium Nazowe cum multis aliis adjacentibus praediis: Ex dono Chunnradi & Eberardi Archiepiscoporum, Eccle- siam sancti Nicolai, & praedium Gosfridi Mok- kernove cum novalibus & decimis, Ecclesiam sancti Martini cum praedio Strazgand, quod fuit Guntheri Marchionis, & Chunnradi Comitissae de Pilstain cum omnibus pertinentiis suis: Praedium Radlack, quod fuit Comitissae Bernhards, quiddam habetis Lufniz, Chamere, Mutarn: Ex dono no- bilitium Treboche, Tunevviz, quinque curtes ad pontem S. Stephani: In eadem parochia ex do- no Eberhardi Archiepiscopi decimas; quiddam apud sanctum Benedictum & Pentowe, Lobe- nich & Chruwat praediorum & decimarum ha- betis: Ex dono Chunnradi Primi, decimas ad Muzz, Ex dono nobilium praedia Muterndorf: Ex dono Eberhardi Archiepiscopi, duos mansos in villa Tefchanskirchen cum decimatione tota inter Pincha & Lavenze: Ex dono nobilium quaecum- que apud Wurvelach, Patfah, Gomvarn, Pha- phenstain, & Aicowe possidetis: Ex dono Gebe- hardi Archiepiscopi, Ruste, Arnclorf, Welmnich cum appendiciis eorum: apud Wachove quid- quid Comes de Walfrathusen, apud Brunnen quiddam Fridericus Advocatus vobis dederunt: Quaecumque dono nobilium apud Chremse, En- se, & Ulsburgh possidetis: apud Trefsviz, & Liu- zen praedia cum decimationibus suis: Ecclesiam S. Joannis, & praedium Hagemberg, & Winzen- bach, & Gundachringen: Ex dono Archiepisco- porum apud Sundrmeringen, Prukkarn, Aiche, Eberhastingen quaecumque habetis: allodium, magnum apud Hoveheim, quod a nobilibus de

Secularium personarum donationes.

Abensberg emittis: Ex dono nobilium praedium apud Hus superius & inferius cum Ecclesia san- cti Paterniani cum omnibus pertinentiis suis: In Enfwalde, Schratengastei, & Tricenwald Ec- clesiam sancti Martini cum novalibus decimis us- que Horgenbrucken: Ex dono Gebhardi Archi- episcopi, praedium Mittrehoven, Wenge, Elino- we: Ex dono Chunnradi Primi Archiepiscopi, praedium apud Chuchil, curtem apud Sazburch, Hirschalm cum appendiciis eorum: In villa Beirhalle quaecumque a Comite Pertholdo, & Or- tone Palatino dono vel concambio aquisitis: Ex dono nobilium quiddam apud Pergen, in Brichaim, Haselbach habetis, Ecclesiam sancti Martini cum praedio magno Elfindorf, quod fuit Uldarici, & alteram Ecclesiam cum praedio Bern- hardi, & omnia, quae ibidem emittis. Nec Epi- scopo, nec Abbati ipsi, nec personae alicui fa- cultas sit, bona ejusdem Coenobii in feudum sive in beneficium sine consensu meliorum & discreto- rum fratrum aliquibus dare, nec modis aliis alie- nare. Sanè sepulturam ipsius loci liberam esse censemus, ut, quise illic sepeliri deliberaerint, nisi excommunicati sint vel interdicti, extremae voluntati eorum nullus obstat: salvà justitiâ Ma- tricis Ecclesiae. Laicos sive Clericos liberos & absolutos ad conversionem suscipere nullius Epi- scopi vel Praepositi vos inibeat contraditio. Pro- hibemus quoque, ut nulli fratrum post factam professionem absque Abbatis totiusque Congre- gationis permissione liceat, ex eodem clauetro dis- cedere: discedentem verò absque communiun li- terarum cautione nullus audeat retinere. Sanè no- valium vestrorum, quae propriis manibus aut sum- ptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum anima- lium nullus a vobis decimas praesumat exigere. Obeunte verò te, nunc ejusdem loci Abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia praeponeatur, nisi quem fratres omnium consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum timorem Dei, & beati Benedicti regulam praeviderint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatum Monasterium temere per- turbare, aut ejus possessiones auferre, vel abla- tas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed illibata omnia & integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: sal- vâ Sedis Apostolicę auctoritate, & Salzburgen- sis Archiepiscopi canonicâ reverentiâ; Cui ta- men omnino non liceat, ei vexationem aliquam vel consuetudinem, quae Regularium quieti noceat, irrogare. Si qua igitur in futurum ecclesiasti- ca secularive persona, hanc nostrę constitu- tionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commoni- ta, nisi praesumptionem suam digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignita- te careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacra- tissimo Corpore & Sanguine Dei ac Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subjaceat; Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax ejusdem Domini nostri Jesu Christi, qua- tenus & hic fructum bonae actionis percipiant, & apud districtum Judicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Eadem alie- nari, vel in feudum dari prohibet.

Sepulturam inibi.

Vel ingres- sum ad mo- nasticum in- stitutum li- berum cuique coaccedit.

Indebitas de- cimas ab eo- dem exigi in- hibet.

Abbatem a- liis Mona- chis eligen- dum decet- nit.

Decretum a- imunitatis a quocumque molesta, vi &c.

eum solitis clausulis.